



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 45. Synodi Patrum timor de proximo Gallorum adventu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

populi, ut etiam supra sensus evehantur, sensibus indigeant.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

§. XLV.

*Synodi Patrum timor de proximo
Gallorum adventu.*

Invalescente rumore de proximo Franciæ Episcoporum adventu, quos etiam Cardinalis Lotharingius eorum caput Tridentum usque comitari dicebatur, haud parum angebantur Synodi Præfules, veriti, ne Galli unacum Hispanis, aliisque Ultramontanis Præfulis toti in eo essent, ut quædam æquitati prorsus adversa vi extorquere niterentur: quinimo ex ipsa Francia, & Antverpia literæ afferebantur, quibus nuntiatum, a Lotharingio Cardinale non modo calicem, sed etiam sacrarum imaginum abrogationem importune postulatum iri. Nec admodum grata ipsi Pontifici nuntiabantur de iis, quæ animo agitabant illi Præfules, eorumque Dux Lotharingius; Papæ enim perscribebatur, magnum numerum Præfulum ex Francia coire cum quamplurimis Doctoribus, ut sese cum aliis variarum nationum Prælatis conjungerent, Italique Præfules opprimerent, quamquam Ferrarensis Cardinalis falso hæc narrari scriberet, ac summo Pontifici fidem faceret, quod Galli hac sua Præfulum

Pallav. l. 18.
c. 7. n. 2.

U 5 fre-

Sæcul. XVI frequentia, aut Hispanorum numerum
A.C. 1562. excedere vel saltem æquare intenden-
 rent, simulque Lemovicensis Antistes, ex Hispanica Legatione sua regressus
 narrasset Parisiis, aliam Præsulum His-
 panorum plenam cohortem parari, Tr-
 identum petituram; ipse tamen crede-
 ret, eos reipsa non venturos, cum tam
 multas difficultates, ubi priores venie-
 rant, experti fuissent.

§. XLVI.

*Papæ timor ob Cardinalis Lotharingii
 adventum.*

Plallav. l. 18. **C**eterum varia de Lotharingio Cardi-
 nali, ejusque consiliis suspicio, que opinio ubique divulgabatur: non nulli enim spargebant, quod ille Episcopos Tridentum comitandi provinciam in se suscipere renuisset, ea tamen tergiversatio indicio esse credebatur, quod hac simulatione quoddam perversum consilium tegere machinaretur, cum certo sciretur, quod is non solum haberet in animo Tridentum adire, sed etiam confideret, quod non modo Nationis suæ Præfulibus, sed insuper Germanis, & Hispanis dominatus foret, hocque vero similius esset affecuturus ob studia, quæ Lansacus Præfulum quamplurimis exhibuerat: Verum magis adhuc finistra adversus eum suspicio crescebat

ex

